



Wahl  
Qui Vetera illustri novitatis luce respergit  
Atq; vetustatis madat. honore Nova  
TABRICVS, Veterum gnarissimus atq; Novorum  
Nonne inter doctos paginam utramq; facit.  
To Christopher Welsius,  
Past: ad S. Cathar: Stambur:

CODEX  
PSEUDEPIGRAPHUS  
VETERIS  
TESTAMENTI,

COLLECTUS, CASTIGATUS,  
TESTIMONIISQUE, CENSURIS  
ET ANIMADVERSIONIBUS ILLUSTRATUS

A

JOHAN ALBERTO FABRIO,  
SS. THEOL. D. ET PROFESSORE PUBL.  
IN GYMNASIO HAMBURGENSI.

EDITIONI HDIC SECUNDAE

ACCREDIT

VOLUMEN ALTERUM  
SEPARATIM EXCUSUM.



HAMBURG.  
Sumptu THEODORI CHRISTOPH. FELGINER.  
A. C. 1722.




VENERANDO  
 VIR O  
**M. PAULO CHRISTIANO**  
**HILLISCHERO,**  
**PASTORI PALÆO-DRESdensis ECCLESIAE**  
**MERITISSIMO**

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

**N**itto ad Te munusculi loco  
 præsens volumen , idque  
 Tibi consecro, cupio enim  
 ut sis persuasus, ex amore,  
 quo nos pridem amplecti mutuo cœ-  
 pimus Lipsiæ, cum mensa & hospitio  
 communi laudatissimi Theologi, Opti-  
 mi nostri D. Valentini Alberti τὸν μακαρίστα  
 uteremur , nec quicquam me adhuc  
 remi-



# A D A M U S.

---

## I. Adamus Litterarum Inventor.

**I**itteras Hebraicas una cum punctis vocalibus ab Adamo repertas & Setho traditas non dubitant Henricus Alstedius in Chronologia p. 253. & Petrus Lambecius quem vide sis in prodromo Hist. Literariæ p. 5. Alii diversa longe & mirifica plane Alphabeta tribuunt Adamo, quæ vel ab ipso excogitata, vel ab Angelo Raziele illi tradita nugantur, quæque hic describi ære curassem, nisi in ridiculis commentis ac per tot alios jam explosis voluisse operæ & sumtui parcere. Ea perlustrat qui volet depicta & reiecta in Thomæ Bangii & *μακάρις* cœlo Orientis five exercitationibus de ortu & progressu literarum, p. 100. 101. Julii Bartolocci Bibl. Rabbinica T. I. p. 80. Scipionis Sgambati Archivis V. T. p. 28 seq. & Rev. Amici nostri Pauli Christiani Hilscheri Bibliotheca Adami (Dresd. 1703. & 1711. 4.) Vide etiam si placet Godfridum Vockerotum de societatibus literariis antediluvianis p. 14. Cæterum Angelus Roccha in commentario (prope dixerim futili quamquam rareiter obvio) de Bibliotheca Vaticana p. 79. 82. 88. 295. Theseus Ambroffius in appendice introductionis ad Varias linguas, Joannes Au-

A

gu-